

**Musae Gratulatoriae Festivis Nuptiarum auspicatissimarum solemnitatibus Viri-
luvenis ... Dn. Georgii Hagemesters/ L.L. cultoris industrii ... Sponsi, Ut Et ...
Virginis Ursulae Korffs/ ... Viri Dn. Christiani Korffs ... unicae filiae, Sponsae**

Rostock: Keyl, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777517191>

Druck Freier  Zugang



Dupl.

MUSÆ GRATULATORIÆ

Festivis Nuptiarum auspiciatissima-
rum solemnitatibus

VIRI - JUVENIS
Præstantissimi & literatissimi

DN. GEORGII

Hagemeisters/

L. L. cultoris industriæ

Viri quondam

Amplissimi & Prudentissimi

DN. GEORGII Hagemeisters/ Se-

natoris Inclytæ hujus Re:publ. Rostochien-
sis desideratissimi, relictæ filij, Sponsi,

UT ET

Lectissimæ, Pudicissimæ, omniq; virtutum vir-
ginalium decore ornatissimæ Virginis

URSULÆ Korffs!

Spectatissimi & literatissimi Viri

DN. CHRISTIANI Korffs/ p. m. ejusdem

Reip. Rostoch. Civis quondam inter primarios
honoratissimi, relictæ unicæ filix, Sponsæ

Dnn. Professoribus Doct. fautor. frat. & amicis benevo-
lentia & honoris ergo omnia fausta precantibus.

Nuncupatæ

ANNO Epochæ Christianæ 1646. 11. Augusti.

ROSTOCHII. Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.





Omnibus mihi. SPONSE, placet modo
ludere ludum:

Corporibus ludant nox, amor, atq;
Venus;

Agricolæ subeas molem, dilecte GEOR-
AGRICOLAM nomen fertq; refertq; tuum. (GI:

Gnavus ares, avidusq; sies florentis agelli
Cultor: ritè seras. femina poscit ager.

Quando messis erit, complebit CORFIA corbem
Fructibus, & segetes adferet ipsa domum.

Sicte ditabit tua CORFIA corbe colonum:
Sic dabit, ut rebus nomina conveniant.

Ast ego ver gratum vobis, hyemesq; serenas,
Æstates blandas, arvaq; læta precor.

Adspiret cœlum. Cæli favor omnia servat,
Fortunat, recreat, protegit, atq; fovet.

Henricus Rabne / J. D. Prof.
& p. t. Rector Acad. Rostoch.

*Ingredere thalamos Hagenmeistere jugales,
Jungitur egregiis formæ Corfinia pollens
Donis, & pietate gravis tibi. Jova benigno
Vos vultu aspiciat, concedat Vota supita.*

Johannes Quistorpius, D. Th. Facult.
senior & Superintendens.

HAGMEISTERE, bonum quod esse dixit
Summus terricolûm fator, MARITUM

Qui

Qui MAS est fieri, nec esse solum,
Rectè Cyprigenà facem ferente
Prudens persequeris, manusq; dante
CORVINA adsequeris: precor secunda
Quæ promittit AMOR pius, sequantur.

L. M. Q. F.

Joachimus Schnobelius J. U. D.
& Profes.

Ad utrumq; Dn. Sponsi nomen allusio:

Nomen ab agri-cultura tibi, Sponse Georgi;
Proinde tuum cole rus ritè; magister eris.
Fiet id, exactà, Si, Lunà fortè, novenà,
Blandula reddiderit te Ursula prole parrem,
id quod utrisq; piè vobis exopto, precando:
Connubiale jugum prosperet alma Trias.

Fausæ acclamationis ergo facta

à

Nicolao Eggebrechten / U. J. D.

Quod, Cognate, tori socialia vincula necis,
Res est omninò grata probata DEO
Hinc equidem cœptis nunc talibus optima quæq;
Apprecor ex animo, sacrata vota DEUS.

*Fausæ acclamationis ergò lubens meritoq;
fest. calamo adponeb.*

Simon-Johan Gutzmer / J. U. D.

HAGMEISTERE tibi nubit CORFINIA virgo;
Illà abs te gratum ducitur in thalamum.
Damnum quod pridem defuncto patre tulisti,
sufficit. & pensat lux hodierna satis

A 2

Illà

*illa dies nigro fuit, hec signanda lapillo
Albo: res nostras sic, DEUS alme, rotas.
Scilicet obdueto succedunt nubila Phabo;
Tristia post Phabus nubila rursus adest.
Vos quoq̄, quos jungunt modò conjugalia sacra,
Utraq̄, fors, latè tristia mixta manent,
Vivite felices, concordì pace beati,
Crescite, multiplici prole replete domum.*

Johannes Niebaur/D.

IN Neonymphe tuas dum tento scribere tædas,
Carmina, nil præter scribere Vota queo:
Solis mens etenim votis intenta recusat
Castus quid thalamus dicere, quid sit amor,
Hoc tantum ingeminat Ventura in secula vester
Durans sit thalamus, sitq̄; perennis amor.

testificand. affect. E.

Joh. Wegener, D.

ET Tu beatum libera secta toram
Præfers, Amice? posthabet sententiam
Simonidaam? nempe cui pestis domus,
Opum Malea, comita plurimum canis,
Vnaq̄, carcer, & malum quo vix viri
Carere possint, prælium domesticum,
Toriq̄, pondus atq̄, bestia uxor est,
Sic impudica, que libidinum focus,
Summanianis commoratur in locis
Famosa Phryne, quaq̄, negligis viram
Tanaquil vocetur, SPONSE: non item bona
Nota REBECCA, quamque commendant viro
Probitas, fidesque, castitas, mores, pudor.

Hæc

*Necessè quietis ara, virtutis penu.
Columna vita, dulce fulcimen domus,
Donum Jehova, seminarium joci,
Et Dux amoris, ejus in sinum licee
Seu quicquid angit seu jurat, deponere.
Talem potiri Te domumque ducere
Cælo favente, circus omnis hoc fremit.*

*Hac mactæ sorte, & vive porro cum Tua
Ut calitus clementiam Deo exprimas,
Et hic bonis amorem, & invidiam malis.*

deprop.

A. T.

Sint procul à vobis discordia, jurgia, rixæ,
Frangere quæq; solent federa sancta tori:
Conjugij sit amor vestri inviolabile vinclum,
Sit concors animus pax & amica quies,
Sint, in quæ Senij spes inclinata recumbat,
Pignora, quæis salvis stet domus incolumis.

*M. Cassp. Mauritius Log. P. Fac.
Phil. Decanus.*

Ἐπιχαίρουσιν ὑμῖν.

HAGMEISTERE tibi congratulor omine fausto
Incensas tedeas, & bona fata precor:
Te CORFINIADI Sponse CONCORDIA lecto
In stabili Sponsum jungat AMORq; beët;
Ut Thalami videas Fructum, Plantasq; beatum
In Nemus Elyseum quas tetulisse queas.

*M. Johannis Steinij,
Past. ad Nic.*

A 3

Ad

Ad literatiff. Dn. Sponsum amicum dilectum,

Qualiter ætherei fulgent orientia solis
lumina dum pellunt tenebras cælumq; serenant;
Taliter aurata splendens virtute tuus *Sol Syr. 26. v. 21.*
exhilaret recreetq; domum **CORFINIA!** scripsi.

ENOCHUS SVVANTENIUS, Eccl.

Rost. ad D. Jac. Minister.

Ote felicem, Doctissime Sponse, *Georgi,*
in cujus thalamum casta puella venit
Casta puella venit, claro de stemmate nata,
que probitate quidem condecorata piâ est.
Hanc cerè ducas supremi nobile donum,
quò sibi fidentes ille beare solet.
Scilicet ampla domus patria est possessio, nec non
divitiarum rerum, cunctaq; magna bona,
Sed prudens uxor, sanctâ virtute decora,
à solo **DOMINO** est, codice teste sacro,
Sorte igitur tali cum jam, Cognate, fruaris,
non possum, quin & prospera quaq; precer.
„ *Adsit* Conjugii, vobiscum, Fautor & Autor,
„ *vestraq;* perpetuo corda in amore liget.
„ *Dei,* videatis item, natos, natasq; nepotes,
„ *dei* vita largâ commoda plura manu.
„ *Et tandem,* mundi post cædia postq; labores,
„ *incretis* summi cælica regna poli.

Ità ex animo gratulor

Michaël Gutzmer, Eccles. Suerinens.

URSULA virgo tibi **CORFINIA** ducitur uxor
Blanda, pudoris amans, nomine, **SPONSE,** fera.
Pro-

Prolixo tædas ornarem carmine, voto
Optarem fieri posse tuoq; fatis,
Sed prohibet luctus, renuunt suspiria, tristis
Spiritus in lætos non valet ire modos.
Ignosces paucis: animum precor, & tibi vires,
Quam capis, ut possis mox cicurare feram:

M. P. Amselius,

Est ita: prompta nimis res est in Virgine Corbis,
Atq; adeo merito cuiq; timenda Proco.
Competit haud multis ad virginis esse palatum,
Oppido sunt rari quos sine Corbe probet.
Virgo Procum nata est sic fastidire, Ciborum
Ceu nos certorum nausea sæpè capit.
Virgo per est miri genii cerebriq; vel æquor
Scruteris prius, ac virginis ingenium.
Hagmeisterè tibi res felicissima cecidit,
Nemo paris subito prosperitatis erit.
Virgo adamata tibi est vel in ipso nomine Corbis,
Et sine Corbe tamen virgo adamata tibi est:
Intrepidi fortisq; animi nota, nolle vereri
Corbem in Corbe. Quis id sat celebrabit opus?
Audaces fortuna iuvat. Sententia vera est,
Et probat exemplum, Sponse novelle, tuum.
Est benè, Principium qui fortuna vit amoris,
Is pariter finem prosperet, opto, Deus.
Corfiniana fidem servet; servato vicissim
Hagmeisterè: secus res nece digna foret.
Una in corporibus mens sit divisa duobus,
Quod volet hic, nunquam non velit alter idem.
Sic stabilis longusq; torus; non a volet annus,
Qui neget eximiâ prole beare domum.

Mox

*Mox autumnus adest: Corbes hic fructibus implet,
Tu quoq; Corbiculum, Sponse, repleto tuum.
Sic bene tristitiam, quam mors inopina Parentis
Attulit, excuties, non magis mæror erit.*

Honoris & Benivolentiæ causâ adponebam

Heinricus Dringenberg / Rostoch.

HEm Gradive ferox ut placet, ut licet
Hastam concutias, tympana concites,
Germanisq; plagis &
Claro Thespiadum choro

Tentes perniciem; non timet & nihil

Ructus Sæve tuos æstimat horridos

Nil Dux Castalidum, Te

Spernunt Varniades Deæ

Lætatur Venus, & gaudia pectore

Grato concipit, ac dulcis Amor simul

Latratus furibunde

Ridet dona ferens Hymen.

Ah dilecte mihi tempus in ultimum

HAGMEISTERE tibi traditur en SOROR

Cum quâ fœdera grati

Firmasti thalami sacra,

Turtur non aliter turture cum piâ

Vivit, nec melius jungitur algidis

Fœcunda alnus aquis, nec

Ripis myrtus amænulis.

Non laudes mihi mens dicere debitas,

Has parteis alios sumere gestio.

Undis Castaliis queis

Phæbus pocula præbuit

Plena, & ferta quibus, præmia frontium

Doctarum, tribuit laurea Delphicus;

Et

Prolixo tædas ornare carmine, vos
Optarem fieri posse tuoq; fatis.
Sed prohibet luctus, renuunt suspir
Spiritus in lætos non valet ire m
Ignosces paucis: animum precor; & t
Quam capis, ut possis mox cicura

Est ita: prompta nimis res est in Virgin
Atq; adeo merito cuiq; timenda Pro
Competit haud multis ad virginis esse pala
Oppido sunt rari quos sine Corbe pr
Virgo Procum nata est sic fastidire, Cibora
Ceu nos certorum nausea sæpè capit.
Virgo per est miri genii cerebriq; vel aq
Scruteris prius, ac virginis ingeniu
Hagmeisterere tibi res felicissima cecit,
Nemo paris subito prosperitatis erit
Virgo adamata tibi est vel in ipso nomine
Et sine Corbe tamen virgo adamat
Intrepidi fortisq; animi nota, nolle vereri
Corbem in Corbe. Quis id sat ce
Audaces fortuna iuvat. Sententia vera
Et probat exemplum. Sponse novelle
Est bene. Principium qui fortunavit amor
Is pariter finem prosperet, opto, Deus
Corfiniana fidem seruet; ser vato vicissim
Hagmeisterere: secus res nece digna f
Una in corporibus mens sit divisa duobus,
Quod voles hic, nunquam non velis
Sic stabilis longusq; torus; non a voles annu
Qui neget eximia prole beare domum

nselius,

Mox

